

dicturus ita locutus est. **T**imeo satis et valde pertimesco dñi vestris cupio parere. pfectibz ne forte sicut improbus ita et indignus laudator inueniar. pfecto cū nec sanctitas nec facundia superat vt beatā et gloriosā virginem digne laudare queam. **Q**uā vt verū facer quicqd humanis dici pōt verbis minus est a laude dei qz diuinis et angelicis est excellentius p̄dicata et laudata p̄conijs. **A**p̄phetis quidē p̄nunciata. **A**patriarchis figuris et enigmatibz p̄signata. **A**b euangelistis exhibita et monstrata. **A**b angelo venerabiliter atqz officiosissime salutata. **P**reterea qualis et quāta esset ab eodē diuinit̄ declaratur cū ait. **A**ue gratia plena rē. **T**alibz nanqz decebat virginē oppignerari muneribus vt esset gratia plena: q̄ dedit celis gloriā: terris deū: pacem gentibz: finē vicij: vite ordinē: et moribus disciplinā. hec ille. **P**ropter q̄ oīa corā elizabeth deū ip̄a magnificauit. que designatur de se nobis dicere illud **Eccl̄i. xxiij. ca.** **E**go mater pulcre dilectōis timoris et magnitudinis et sancte spei. **I**n me oīs gr̄a vite et veritas. **I**n me omnis spes vite et virtutis. **T**ransite ad me oēs qui cōcupiscitis merz a generationibz meis adimplēmini **S**p̄rit̄ enī meus sup̄ mel dulcis et hereditas mea super mel et fauū. **A**d eā ergo crebro cōfugiamus vt sua p̄tectione liberemur ab oībus malis imminētibz et benefaciēdo mereamur filiū ei⁹ gratiā et tandē gloriā sempiternā. **A**men.

Sermo vigesimosextus de tribus virtutibus cōtemplandis virginis gloriose in festo purificatōis eiusdem.

I Alpleti sunt dies

purgatōis marie s̄m legem moisi. **S**cribunt hec verba **Luce. ij. ca.** et in euāgelio presentis solennitatis. **S**plendor virtutum gloriose virginis marie miro modo effunditur in celo et in terra. **N**am de ip̄a inquit **Ambrosius** in libro de virginitate. **T**alis fuit maria vt eius vnus vita oīm sit disciplina. **P**ropterea quēcūqz gesta sunt p̄ eam dñi illū paruulū p̄ntauit in templo rationabiliter facta fuisse indubitātē tenendū est. **N**ō vt et nos deuotius cōtemplari possemus. **S**ancta m̄r ecclesia purificatōis eius festū cū benedictōne candelarū agendū statuit. **D**efecerunt vero accense cādele ille bñdictus: vt innuatur qz virgo sacratissima tota sit splendida et luminosa. **F**uit aut̄ p̄ntis solennitatis institutor. **S**ergius papa q̄ a sp̄ritu sancto edoctus voluit vt xp̄iani singulis annis ad honorē genitricis dei hac die totum

mundū cū accensis et benedictis cereis illustrarent. **I**nductus vero ad id fuit qm̄ **R**omani tēpore gentilitatis et supersticiosi cultus idolorū in kalendis february ad honorez februe matris martis qui deus erat bellozū vr bem de quinto in quintū annū cū cereis et facibus tota nocte lustrabāt vt filius eius illis victoriā de inimicis concederet cuius matrē tam solēniter honorarēt. **S**imiliter in february sacrificabāt februo. i. **P**lutoni et ceteris dñjs infernalibus pro animabus antecessoz suoz. ideo ei solennes hostias offerebāt et tota nocte laudibz insistentes cū cereis et accensis facibus vigilabāt. **E**t qm̄ difficile est cōsuetū relinquare xp̄iani de gentilitate cōuersi adhuc p̄dictas cerimonias obseruabāt q̄ de re **P**ontifex maximus vt exstingeret paganorū errorē indixit vt benedicta luminaria ad honorē regine celoz ab oībus fidelibus portarent. **I**psa nāqz nō martis sed iesu xp̄i filij dei dulcissima mater a nobis colenda est cui⁹ meritis et intercessionē innumera: vt sic dicā: eā inuocantibz bñficia donant. **A**d cui⁹ laudes explicandas hodierna die incumbere debem⁹ q̄ vagientē filiū ad templū pduxit ibiqz oīa p̄fecit q̄ moises in lege iubeat. **I**n q̄bus p̄ ip̄am laudabilissime gestis triplici eius virtutē p̄ ceteris eligimus cōtemplandam.

Prima dñi virginitatis.

Secunda humilitatis.

Tercia liberalitatis.

De p̄petua virginitate sancte marie q̄ fuit a p̄phetis p̄nunciata ab ip̄a voto p̄firmata et sp̄ inuolabiliter obseruata. **C**apitulū. i. **P**rima virt⁹ excellētissima illi⁹ felicissimē me matris quā cōtemplari debemus dñi virginitatis. **H**ec designat in verbis moisi. **N**ā **Leuit. xij. c.** **E**t ordinatōne dei moises dixit. **M**ulier si suscepto semine pepit immūda erit. **I**sta cōditio si appōita dat intelligere: qz qñqz mulier esset paritura masculū non suscepto semine. **E**x quo doctores dicūt qz si gnante moises fuit ita locutus ad excipiendā matrē dei ab immūdicia. **E**t vt **Bernar.** ait. qz timuit in matrē dñi blasphemā irrogare. **S**ed vt virginitatē illā ardenti⁹ veneremur: in hac p̄tēria dubia sunt aperiēda.

Primū vtrū virginitas marie fuit ante p̄nunciata.

Scōm vtrū virginitas marie fuit voto p̄firmata.

Tercū vtrū virginitas marie fuit sp̄ obseruata. **A**d primū dubiū rñdem⁹ qz placuit altissimo deo p̄ multa añ retroacta secula virginitatē

marie a suis pphetis et alijs qbus re tã grandẽ
notã effecit mirabiliter preconizari. **D**imitto
libillarũ oracula. **T**aceo multoz p̃archaz
testimonia. **T**ũ referã qd in hystorijs hispa
nie: qd in Ezechiel: qd in Esaiã fidelissime
scribit. In originali libro hystorie hispanice
ca. xl. de nõnullis incidẽtibz tpe Fernandi re
gis: ita habet. **C**ũ apud toletũ quidã iude?
grã ampliãdi vineã suã rupẽ cõminuisset in
medio saxi cõcanitas repta est: vbi liber erat
folia lignea hñs descriptus tribz linguis: he
breis: grecis: et latinis: scriptura q̃si vñ? psal
teriij videbat. **H**ic liber de triplici mũdo dis
ferebat: ab Adã vsq; ad antiçpm. **P**incipiũ
vero terciũ libri incipiebat a xpo sic exordies
In terciõ mũdo fili? dei nascet in mundo ex
virgie maria: patietq; p salute hoim. **Q**uõ cũ
iudeus aspiceret statim cũ familia sua sacro
fonte renat? est. **I**n fine vero libri erat q tpe
fernandi regis inueniri debebat. **A**d pphetã
Ezechielẽ iã veniam? cui virginitas marie
reuelata est. vñ ait. c. xliij. **T**õueri me ad viã
porte sanctuarij exterioris q respiciebat ad
orientẽ et erat clausa. **E**t dixit dñs ad me: por
ta hec clausa erit et nõ apiet: et vir nõ transiet
p eã: qm dñs deus israel ingressur? est per eã.
Ubi Aug? in sermone ait. **M**irabilis pphē
te visio sed mirabilior ē pphētie adimpletio.
Quid est porta i domo dñi clausa nisi q ma
ria semp erit intacta? **E**t qd est: hõ nõ transi
bit p eã nisi q ioseph nõ cognouit eã: **E**t qd
est sol? dñs intrat et egrediet p eã nisi q spūs
sanct? impregnauit eã. **E**t qd est clausa erit
in eternũ: nisi q maria fuit virgo añ partũ et
virgo post partũ. **D**icat g maria. **P**orta facta
sum celi ianua facta sum filio dei: illi facta suz
ianua clausa: qui post suaz resurrectionẽ in
gressus est p ostia clausa: p q egressus est ad
suos crucifixores. **A**d discipulos autẽ suos
clauso ostio cenaculi ingressus est claustra: q
natus de ventre meo: me matrẽ dimisit in
tactam. **A**dimpleuit ventrẽ meũ diuinitate: et
vterũ meum nõ euacuauit castitate. hec ille.
Esaiã vero satis apte ca. viij. virginitatem
marie pñciauit. **E**cce inq virgo cõcipiet
et pariet filiũ et vocabit? nomẽ ei? emanuel.
Sed iudei ñ nos arguunt. **P**rimo qz in he
breo nõ dñ virgo sed balma: et significat puel
lam absconditã sine sit virgo sine corrupta.
Secõdo qz dñ q nomẽ eius vocabit? emanuel.
Filius aut virginitis vocatus est iesus xpus
Et ideo aiũt iudei q hec pphētia nõ intelligi
tur de xpo et virgine matre: sed de Ezechia
filio regis achas: qui post dictũ pphēte nat?
est. **S**ed hoc impugnat Rabi salomõ p hoc

q Ezechias erat. xxy. annoz qñ cepit regna
re post Achaz patrẽ suũ immediate. vt habe
tur. iij. Re. xviij. c. Achaz regnauit tñ. xvi.
annis. vt habet. iij. re. xvi. c. **E**rgo i pñcio
regni Achaz añq; diceret pphētia Ezechias
erat nat? et erat nouẽ annoz. **E**t pphē hoc dicit
Rabi salomon q hec pphētia est intelligẽda
de filio Esaiã q acceperat vxorẽ inuenculã et
iam cõceperat de eo. **E**t qz de puero existente
in matris vtero nescit si sit masculus vel fe
mina: ideo Esaiã dabat achaz signũ libera
tionis a duobz regibz illũ inuadere volentibz.
sicut ptz. iij. Re. xvi. ca. q vxor sua gra
uida pareret filiũ masculũ. **S**z vt refert Ri
cola? de lira. ista expositio stare nõ p̃t: qz ca. se
quenti dñ de puero illo. **E**t erit extensio alap
eius implens latitudinẽ terre tue o emanuel.
Et loquit? de terra regni iudee cui? nũq; fuit
dñs Esaiã. **E**t pphētia ad litterã intelligit?
de xpo qui dñatur iudee et oibz q sunt in ce
lo et in terra. **A**d primũ vero obiectum dicit
Rico. de lira q balma i hebreo significat ab
sconditã ita q nõ dubitat de integritate illi?
Et scribit per h. et nõ inueniunt nisi tres ita
descripte. **P**rima est rebecca de qua Genesis
xxij. ca. dñ. **P**uella decora nimis. **S**equit?
puella que egrediet? i hebreo ponit? balma q
egrediet? **S**ecũda fuit maria soror moisi. de
qua dñ Exo. ij. ca. **F**uit puella: in hebreo po
nitur balma. **F**uit balma. **E**t iste due fuerũt
virgines purissime qñ fuerũt sic noĩate. **T**er
cia ergo fuit virgo maria i hac pphētia. **Q**ua
re balma virginem significat. **A**d illud vero
qd adducebat de noĩe emanuel. **R**õdent do
ctores vt etiã tactũ est in sermone de circum
cissione. q duplex est nomẽ. s. nature vt hõ. et
impositionis vt petrus et antonius. **E**ma
nuel itaq; est nomẽ nature. **I**esus vero nomẽ
impositois. **S**ecundũ dubiũ apcriendũ:
vtrũ virginitas marie fuit voto cõfirmata.
Ad qd rñdet Ricar. in. iij. di. xxx. **E**t tho.
iij. pte. q. xviij. q cum perfectois opera ma
gis sint laudabilia si ex voto fiãt q sine vo
to. virginitas aut in mĩe dei p̃cipue debet pol
lere. ideo cõueniens fuit vt virginitas eius
esset ex voto deo cõsecrata. **V**eruntũ qz spe
gis oportebat generatõni insistere tã mulie
res q viros: qz fm carnis originis cult? dei
augebat añq; et illo p̃lo xps nasceret. **B**a
ter dei non credit anteq; desponsaret ioseph
absolute virginitatẽ vouisse: licet eã in des
derio habuisset. **S**up hoc tñ voluntatẽ suã
diuino cõmisit arbitrio. **P**ostmodũ vero ac
cepto sponso fm q mores illius t̃pis exige
bant simul cũ eo voti virginitatis emisit. vo

luit po desponsari et familiari instinctu spi-
ritus sancti: confidens de diuino auxilio q
nunq ad copulā carnalē puenissent. **Cōfir-**
mans ista p magistrū sniaz. in. iij. dis. xxx. et
etiā p illud qd scribit. xxvij. q. ij. c. sufficiat.
s. beata maria. **Landul.** tñ dicit i suo. iij. q.
possibile fuit virginē expresse vouisse anteq
desponsaret: et nihilominus cum vero voto
virginitatis potuit contrahere. **Nā** matrimo-
niū est cōsensus in carnalē copulā altero cō-
iugum petente. **Si** ergo cōstaret p reuelatio-
nem ipi femine q nūq vir ab ea debiti pete-
ret cū vero voto virginitatis: posset stare ve-
rum matrimoniū: qz nūq carnalis copula se-
queret. **Et** ita fuit in pposito: qz virgini glo-
riose fuit reuelatū q nūq ioseph peteret ab
ea debiti: et forte etiā ipi ioseph: cū dicatur a
multis q ipe insup et instinctu spūs sancti
virginitatē vouerat. **Nō** obstante aut tali vo-
to inter mariā et ioseph: verū fuit matrimoni-
um. vt refert magister sniaz. **Et** xxvij. q. ij. c.
instituti. **Nā** vt inq **Ricar.** et sanctus tho.
duplex est pfectio rei. prima. s. et secūda. **Pr-**
ma in ipa rei forma cōsistit ex qua specie for-
tatur. **Secda** p̄sistit in operatōe rei p quā res
aliqua liter suū finē attingit. **Forma** aut ma-
trimoni cōsistit in quadā indiuisibili cōiun-
ctione aior p quā vn cōiugū indiuisibiliter
alteri fide seruare tenet. **Finis** aut matrimo-
ni est ples generāda et educanda. **Ad** quoz
primū puenit p p̄cubitiū cōiugale. **Ad** scdm
p alia opa viri et vxoris q sibi inuicē obse-
quantur ad plem nutrieddā. **Sic** ergo qstū
ad primā pfectionē oīno verū fuit matrimo-
niū virginis matris dei et ioseph qz vterq cō-
sensit in copulā cōiugale: nō aut expresse in co-
pulā carnalē: nisi sub cōditione si deo place-
ret. vñ et angelus vocat mariā cōiugē dicens.
Nō timere accipe mariā cōiugem tuā. **Nō**
exponēs **Aug.** in li. de nuptijs et cōcupiscen-
tia dicit. **Cōiugē** vocat et prima desponsa-
tionis fide quā p̄cubitu nec cognouerat nec
fuerat cognitur. **Quantū** vero ad secundā
pfectionē q est p actū matrimoni si hoc refe-
ratur ad carnalē p̄cubitiū p quē ples genera-
tur nō fuit istud matrimoniū consummatū.
Habuit tñ illud matrimoniū etiā scdm pfe-
ctionē qstū ad plis educationē. **Uñ** **Aug.** di-
cit in li. de nuptijs et cōcupiscētia. **Omne** nu-
ptiarū bonū impletū est in illis parētibz xpi
ples: fides: sacramentū. plem cognoscimus
ipm dñm iesum. **Fidem** qz nullum adulteri-
um. **Sacramentū:** qz nullū diuortiū. sol si
bi nuptialis cōcubitus nō fuit. **Et** si qd obij-
ceret q ista: qz **Hiero.** p̄tra beluidiū ait. **Jo-**

seph marie custos fuit poti⁹ qz maritus. **Di-**
cendū qz **Hiero.** accipit maritū ab actu ma-
trimoni cōsummati. **Silr** intelligēda sūnt
verba **Hieronimi** in mattheū. vbi ait. Cum
virū audieris suspitio tibi nō subeat nuptia-
rum: sed recordare cōsuetudinis scripturaz
qua sponsi viri et sponse vocant vxores. qd
Hieronim⁹ vocat nuptias nuptialē cōcubi-
tum. **Dia** p̄dicta facile teneri pnt: et qz virgo
vel anteq cū ioseph p̄beret: vel postq cō-
traxit ex dei reuelatōe virginitatē vouisset.
Et qz ioseph illuminat⁹ a deo q elegit eū tan-
te virginis sponsum et sui filij alumnū virgi-
nitatē voto fuerit cōplexus cū ppendimus
ipius virginis benedictē mores et actus di-
uinitus regulatos. **In** quadā tamē historia
sic habet qz beata virgo cōpleto ablactatōis
triennio ad templū dñi a parentibz fuit pdu-
cta vbi remansit cum alijs virginibz et puel-
lis in oī sanctitate seruies altissimo deo: visi-
tabaturqz ab angelis frequētius et spūalibus
cōsolationibz replebat. **Quartodecimo** vero
etatis sue anno pontifex publice denūciauit
vt virgines q erant in templo et etatis tēpus
implessent domū reuerterent vt matrimonia
contraherēt: cuius mandato cū cetera paruif-
sent sola virgo maria hoc se facere non posse
rñdit: tum qz parētes sui cā dñi seruitio man-
cipassent: tum qz virginitatē suā dño ipa vo-
uisset. **Tunc** anxiatus pontifex p nouitate
rei imminente festiuitate iudeoz senioribus
cōuocatis: oīm vna hec fuit sententia vt dñi
cōsiliū quererēt. **Cum** aut orōni insisterēt
et pontifex ad cōsulendū dñm accessisset: mor-
de loco oratorij cunctis aduenientibus vox
insonuit: vt quicūqz de domo dauid nuptijs
abiles cōiugati non essent: singuli virgas ad
altare deferrent: et cuiuscūqz virgula germen-
naret et in cacumine eius spūs sanctus in co-
lumbe specie cōfederet: ipe pculdubio esset
cui virgo desponsari deberet. **Erat** inter ce-
teros ioseph de domo dauid cui cū incōgru-
um videretur si vir iam p̄fecte etatis tā tene-
ram virginē duceret in vxorem. **Ceteris** vir-
gas suis afferentibz: solus ipe virgā nō attu-
lit vñ cū nihil diuine voci cōsonū appareret
pontifex iterato dñm cōsulendū putauit: qui
rñdit qz solus ille virgā suā nō attulit cui vir-
go desponsari debebat. **Induct⁹** itaqz ioseph
vt virgā suā ferret: cum hoc fecisset ilico ger-
minauit et in eius cacumine columba cōse-
dit: quare sibi desponsata fuit virgo: qui iam
suam ciuitatem bethleem. p̄fectus necessaria
nuptijs prouidebat: virgo aut maria ad do-
mum parentū in nazareth reuersa est. **Abi**

in diebus illis angelus gabriel ei oranti ap-
paruit: et de ea nasciturū dei filiū nūciauit:
hec in legēda natiuitatis virginis. **T**erciuū
dubiū fuit utrū y ginitas marie fuit sp̄ obser-
uata. Ad qd̄ nequā beluidius heretic⁹ ore sa-
crilego et blaphemo ausus est dicere: q̄ post
partū nō mansit virgo: licet fuerit virgo ante
partū et in p̄ti. **S**umpsit aut̄ occasione erro-
ris q̄ male intellexit scripturas. **N**ā in. i. c.
Matthei scribit de ioseph. **N**ō p̄gnoscebat
eā donec peperit filiū suū primogenitū. **A**r-
guuit beluidius et dicit hoc aduerbiū donec:
cōsuevit determinatū tempus significare q̄
cōpleto fiat id qd̄ vsq̄ ad illud tps nō fiebat:
verbū aut̄ cognoscendū ibi ad cōiū refertur
Sicut et **Genē. iij. ca. dz. q̄** **E**dā cognouit
v̄xorē suā: ergo post partū beata virgo fuit a
ioseph cognita. **I**nsup et **I**esus noiatur pri-
mogenitus: ergo habuit fratres subsequētes
Et hoc cōfirmat. q̄ **Jo. ij. ca. dz.** **D**escendit
in eapharnaū ip̄e. i. x̄ps et mater et fr̄s eius.
Pro p̄fusione beluidij et veritatis defensio
ne notandū p̄ illo verbo cognoscebat: q̄ qui
dam dixerūt hoc nō esse intelligendū de co-
gnitione carnis: sed de cognitōe nōcie. **D**i-
cit enī **C**risosto. q̄ nō cognouit eā ioseph an-
teq̄ pareret cui⁹ fuerit dignitatis: sed postq̄
peperit tūc cognouit eā: q̄ ip̄ius p̄lem specia-
lior et dignior facta fuerit q̄ totus mundus
q̄ quē totus mund⁹ cape nō poterat in angu-
sto vtero suo sola suscepit. **Q**uidā aut̄ hāc co-
gnitionē referūt ad nōciā v̄sus. **S**icut enī
moisi cū dñō colloquētis gl̄orificata est faci-
es vt nō possent i eū intēdere filij israel. **S**ic
maria claritate virtutis altissimi obumbrata
cognosci nō poterat a ioseph donec pareret.
Post partū vero a ioseph agnita inuenit spe-
cie faciei nō libidinis tactu. **H**iero. aut̄ cōces-
dit hoc esse intelligendū de cognitōe cōtus
sed dicit q̄ vsq̄ vel donec in scripturis q̄nq̄
significat certū tps. **F**m illud ad **Galath. iij.**
ca. **P**ropter transgressores lex posita est do-
nec venit sanctum cui p̄miserat. **Q**ūq̄ vero
significat infiniitū tps **f**m illud. **D**onec po-
nam inimicos tuos: ponit ibi donec p̄ semp
Et **f**m hunc modū loquēdi euāgelista ostē-
dit q̄ ioseph nō cognouit eā donec pepit. i.
vsq̄ ad p̄ti z neq̄ etiā post partū. **D**e eo etiā
q̄ x̄ps q̄ primogenitus vt ait **H**iero. et po-
nitur de verbo. signi. in. c. **I**oseph. **N**ō post
quē ali⁹ sed ante quē nullus. **E**t de eo quod
beluidius referebat x̄pm vicz habuisse fra-
tres **H**ieronimus ait. q̄ quattuor modis in
scriptura fratres dicunt. i. natura: gente: co-
gnatione: et affectu. vñ fratres dñi dicti sunt

non **f**m naturā quasi ab eadē matre nati sed
fm cognationē quasi consanguinei eius exi-
stentes. **D**etestandus itaq̄ est error p̄nitio-
sissimus beluidij vt inq̄r **tho. iij. pte. q. xxvij.**
Primo sicut q̄ derogat x̄pi p̄fectioni qui. i.
fm diuinā naturā vnigenitus est p̄ris tanq̄
p̄fectus p̄ oīa fili⁹ eius: ita etiā decuit vt esset
vnigenitus matris tanq̄ p̄fectissimū germen
eius. **S**ecdo hic error iniuriā facit sp̄i san-
cto cui⁹ sacrariū fuit vterus virginalis in q̄
carnē x̄pi formauit. **U**n nō decebat vt de ce-
tero violaret p̄ cōmitionē virilē. **T**ercio de
rogat dignitati z sanctitati matris dei q̄ in-
gratissima videret si tanto filio cōtenta nō es-
set: z si virginitatē q̄ in ea miraculose cōserua-
ta fuerat sponte p̄dere vellet p̄ carnis cōcubi-
tum. **Q**uarto insup ip̄i ioseph esset ad mari-
mam p̄sumptionē imputandū: si eā quā reue-
lante angelo de sp̄i sancto deū cōcepisse co-
gnouerat: polluere tentaret. **Q**uare virginitē
ante partū: virginitē in partu: virginitē et post
partū genitricē dei verissime p̄dicamus. **S**i
vero vterius aliq̄s q̄reret: **C**ur voluit x̄pus
de virgine nasci. **R**ūdere possum⁹ ex dictis
p̄fati doctoris sancti **tho. vbi. s. q̄** hoc factū
est triplici de causa.

Primo p̄pter dignitatē patris.

Secdo p̄pter puritatē filij.

Tercio p̄pter incarnatōis finē.

Primo p̄pter patris dignitatē cōseruandā.
Un enī x̄ps sit verus z naturalis dei fili⁹: nō
fuit cōueniens vt aliū patrē haberet q̄ deum
ne dignitas transferret in aliū. **S**ecdo hoc
fuit p̄ueniens p̄pter puritatē filij. **S**ecdo hoc
est verbū dei: verbū p̄o absq̄ oī corruptione
cordis cōcipit et ex corde absq̄ corruptione
p̄cedit. **U**n vt ostenderet q̄ illud corp⁹ esset
ip̄ius verbi dei: cōueniens fuit vt de incor-
rupto virginis vtero nasceretur. **T**ercio fuit
cōueniens p̄pter incarnatōis finē. **A**d hoc
enī venit x̄pus vt hoies renascere in filios
dei nō ex volūtate carnis neq̄ ex volūtate vi-
ri. i. nō ex p̄sensu mulieris z viri sed ex deo. i.
ex dei virtute nati sunt. **U**n **Aug⁹. in li. de**
santa virginitate ait. **P**ortebat caput n̄m
in signi miraculo **f**m corpus nō sci de virgi-
ne vt significaret sua mēbra de virgine ecclē-
sia **f**m sp̄iritū nascitura.

De tribus legis ceremonijs quas beata vir-
go seruauit ex humilitate. **C**apitulū. ij.

Secunda virtus p̄stantissima quā in vir-
gine benedicta cōtemplari debemus dz
humilitatis. **O**b illā nāq̄ subiecit se bodier
na die triplici ceremonie legis.

Prima cerimonia fuit purgationis.

Secunda presentationis.

Tercia oblationis.

Prima ceremonia dicitur purgationis. Quadragesimo namque die a natiuitate domini venit ad templum ut secundum consuetudinem legis mundaretur cum enim sub illa lege non teneretur. Ad quod plene intelligendum ponderanda sunt ea que scribuntur **Leuitici. xij. c.** ubi sic habetur in scriptura: quod mulier si suscepto semine peperisset masculum immunda esset septem diebus: immunda. scilicet a consortio hominum et ab ingressu templi. Sed completis septem diebus munda quidem efficiebat quo ad consortium hominum. Sed adhuc usque ad trigessimum tertium diem quo ad ingressum templi immunda erat: tandem completis quadraginta diebus quadragesima die templum intrabat puerum cum muneribus offerebat. Si vero feminam peperisset duplicabantur dies et quo ad consortium hominum et quod ad ingressum templi. Beatissima vero virgo nullam habuit immundiciam a qua purgaretur neque filium peperit virili semine: quare nec legi purificationis obligabatur: voluit tamen predictam legem humiliter adimplere. Nam ut inquit **tho. iij. pte. q. xxvij.** Sicut plenitudo gratie a christo deriuatur in matre: ita decuit ut mater humilitate filij conformaretur. Et ideo sic christus licet legi non esset obnoxius voluit nihilominus circumcissionem aliamque onera legis subire: ad demonstrandum humilitatis et obediencie exemplum et ut approbaret legem et ut occasione scandali a iudeis tolleretur: propter easdem rationes voluit et matrem suam implere legis obseruationem quibus tamen non erat obnoxia. Ideo Bernardus ad virginem sic deuote loquitur. Vere beata virgo non habes causam nec tibi opus est purificationis: sed nunquid filio tuo opus erat circumcissione? Esto inter mulieres tanquam una illarum: nam et filius tuus sic est in medio puerorum: hec Bernardus. **S**ecunda cerimonia legis cui se ipso sancta subiecit dicitur presentationis. ut enim scribit **Exo. xij. ca.** Locutus est dominus ad moysen dicens. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluas in filiis israel. Ubi sciendum quod de plebe nata duplex preceptum tradebat in lege. Unum quidem generale quantum ad omnes: ut scilicet completis diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio siue pro filia. ut habetur **Leuitici. xij. ca.** Et hoc quidem sacrificium erat ad expiationem peccati in quo ples erat conceptus et natus: et etiam ad consecrationem quandam ipsius: quod tunc primo presentabatur in templo. Et ideo aliquid offerebat in holocaustum: aliquid pro peccato. Aliud erat preceptum speciale de primogenitis tantum in hominibus quam in iumentis. Sibi enim dominus deputauerat

omne primogenitum in israel pro eo quod ad liberationem populi israel percussit primogenita egypti prius ab homine usque ad pecus: primogenitis filiorum israel reueruatis. Et quod christus fuit primogenitus marie virginis matris: utriusque fuit factum circa eum. Primo quantum id quod erat speciale et pertinet ad primogenitos. Ob quod dicit **Lucas.** Tulere ipsum in hierusalem ut sisteret eum. id est offerret domino: quod omne masculinum adaperies vuluam. id est primo nascens secundum **Nico. de lira.** Cuiusmodi erat primogenitus: sanctum domino vocabitur. Secundo factum fuit circa christum id quod communiter pertinet ad omnes. Et hoc notatur cum dicitur. Et viderent hostiam secundum quod dictum erat in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Quia vero dicitur. Omne masculinum adaperies vuluam: pertinet quod loquitur de masculo concepto et nato per aperitionem claustrum virginis: quod non habuit locum in beata virgine: quod virgo permansit in conceptu et partu: tamen hanc legem et humilitate voluit obseruare. **T**ercia cerimonia cui se virgo subiecit dicitur oblationis. Nam obtulere ipsa et ioseph pro domino par turturum aut duos pullos columbarum. Nec erat oblatio pauperum: sed agnus oblatio diuinitus. Veruntamen tres difficultates hic oriuntur. Prima an conueniens fuit aliquid offerre deo. Secunda quare oblatio fiebat de aliquibus determinate non de omnibus. Tercia quare alia offerebatur occisa. Pro prima difficultate posset quis arguere isto modo. Nihil est offerendum aliis cui quod suum est et ipse non indiget. Sed dei erant omnia que in sacrificiis offerebantur illis non indigebat: quia ad usum hominis illa deputauerat: ergo non erant deo offerenda. Confirmant ista: quod **David** in psalmo. Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in ea. Et iterum. Sacrificium et oblationem nolui. Et in alio psalmo. Inducite loquentem deum. Nunquid manducabo carnes tauroz aut sanguinem hircorum potabo. In contrarium autem est illud quod ponit **Leuitici. i. ca.** Ubi deus dixit oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum et odorem suauissimum domino. Et propterea sanctus **tho. prima secundae. q. cii.** dicit. quod deus voluit sibi offerri sacrificia triplici ratione.

Primo propter mentis ordinationem.

Secundo propter idolatrie excusationem.

Tercio propter figurationem.

Primo voluit deus offerri sibi sacrificia propter mentis ordinationem. Ad hanc pertinet ut omnia que quis habet recognoscat a deo. ut dicitur **psalmi. q. i. in. c.** reuertimini. et ordinet in deum tanquam in ultimum finem. Et hoc representabat in ob-

lationibus et sacrificijs. **H**inc est qd dauid vt scribit. i. Paralip. c. xxix. dicebat. **T**ua sunt oia et que de manu tua accepimus dedimus tibi. **S**ecdo voluit deus offerri sibi sacrificia ppter idolorum exculationem vt p honore q debebat deo retraheret ppls a cultu idolorum. **N**ā pcepta de sacrificijs nō fuerūt data populo iudeorū nisi postq̄ declinauit ad idolatriam adorando vitulū conflatilē. **T**ercia rō fuit ppter figurationē. **F**utur⁹ nāq̄ erat xps qui se offerre pro hoīm salute debebat. **I**deo oblationes veteris legis xpm figurabāt: de q̄ sic inq̄t apls ad Ephef. v. c. Tradidit semet ipm p nobis oblationē et hostiā deo in odorem suauitatis. **E**t ad Heb. x. ca. Xps vnā semel p peccatis hostiaz obtulit in sempiternum. **C**oncludimus ergo qd licet dei sint oia qbus nec indiget: oblationes tñ sibi fieri voluit ppter hoīm vtilitatē rōnibus predictis. **S**ecda difficultas erat qre oblatio fiebat deo de aliquib⁹ determinate et nō de oib⁹. **N**am de generib⁹ animalū quadrupedū offerebant boues oues capre. **E**t de auib⁹ turtur et colūba: et in mundatione leprosi de pascribus. **Q**uare nō offerebant pisces: aquile: leones: et filia. **E**t rñdet tho. vbi. s. qd hoc fiebat ppter tria. **P**ropter cōmunē abilitatē. **P**ropter mundiciā et puritatē. **P**ropter oblationis singularitatē. **P**rimo hoc fiebat ppter cōm abilitatē: quia illa q̄ offerebant facile haberi poterāt a cōit. te hoīm: nō sic leones aq̄le vel pisces. **S**ecundo hoc fiebat ppter mundiciā et puritatē qz illa aialia mundū habent nutrimentū sicut dicit Rabi moyses. nō sic gallina et porcus. **T**ercia rō erat ppter oblationis singularitatē vt esset singularis oblatio q̄ fiebat deo: differens ab oblatione q̄ fiebat idolis. **E**t qz egyptij colebāt oues et venerabāt hircos eo qd demones in illa forma eis apparebāt. **B**oues vero habebāt inter res sacras ob reuerentiā ysis quā deā habebāt. **H**ec fuit soror foronei que nauigās in egiptū multa egyptios de agricultura docuit. **I**ccirco offerebāt deo oues: hirci: capre: et boues. **I**n sup vt ait Rabi moyses. **I**n columbis meliores sunt pulli in turturibus meliores maiores. **T**ercia difficultas erat quare aialia offerebant occisa. **A**d qd dicit sanct⁹ Tho. qd hoc fiebat triplici rōne. **P**rimo ppter cōformationē: qz sic veniunt in vsum hoīm. **S**ecdo ppter significationē: qz significabant occisionē quā peccator meret et deus misericors ppter humilitatē et reuerentiā sibi factā tolerat illū et ppter

penitentia indulget sibi. **T**ercio sic fiebat ppter figurationē xpi qui occisus debebat immolari. **H**is ergo dimissis redeamus ad oblationē factā p xpo. **N**ā licet ex paupertatis amore pauperū oblationē elegerit. tñ vt inq̄t Tho. iij. pte. q. xxxvij. **T**urtures et colūbi figure cōgruunt. **N**am turtur qz est auis loquax predicationē et cōfessionē fidei significat. qz vero est aial castum significat castitatē quia vero est aial solitariū significat cōtemplationē. **C**olumba vero est aial mansuetū et simplex ideo mansuetudinē et simplicitatem significat.

De liberalitate virginis q̄ manifestat in dispensatione munerū et cōcessionē filij atqz in omnes eam inuocantes beniuola condescensione. **C**apitulū. iij.

Tercia virtus principalis quā in virgine beatissima cōtemplari debem⁹ dicitur liberalitatis: quā deprehendere possum⁹ maxime ppter tria.

Primo ppter munerū dispensationē.

Secdo ppter filij cōcessionē.

Tercio ppter beniuolā cōdescensionē.

Primo possum⁹ deprehendere liberalitatem virginis benedictę ppter munerū dispensationē. **N**ā vt scribit mattheus ca. ij. **P**aggi obtulerūt xpo munera p̄ciosa: aurū: thib⁹: et myrrham. veruntū vt pie credit oia pauperib⁹ dispēsauit. **N**eq̄ putandū est qd tres reges vilia dona regi regū porrexissent: licet aliqui hoc velint asserere qui dicūt talia fuisse facta ppter mysticam significationes. **A**lij vero cōsentientes opinioni eorū qui dicunt magna auri pondera fuisse christo donata: fingunt virginē illa referuasse p peregrinationē in egipto. **S**ed reuera qd prius diximus magis est verisimile atqz credibile virginem. s. illam p̄ssimā cuncta pauperibus distribuisse. **S**ecundo possumus deprehendere virginis liberalitatem ppter filij sui gratiosam cōcessionē: quādo vicē cōcessit ei simeoni sancto qui accepit illum in vlnas suas: de hoc sic refert Lucas. **E**t ecce homo erat in hierusalē cui nomen Simeon: et homo iste iustus et timoratus expectans cōsolationem israel et spiritus sanctus erat in eo. **I**n Nicolaū de lira hoc intelligit quantum ad gratie plenitudinē: quia nō solum habuit gratiam iustificantiē prout habetur cōmuniter a iustis. sed etiam q̄stum ad illuminationes diuinas et cōsolationes speciales. **I**deo subditur. **E**t responsum acceperat a spiritu sancto. s. in orōnibus suis deuotis: nō vlsurum se mortē nisi videret christū dñi. **T**unc

enī erat opinio cōis apud intelligētes q̄ im-
minēbat aduent⁹ xpi fm signa a p̄iarchis ⁊
p̄phetis data. Et ideo simeon de hoc deū fer-
uentius orabat et in orōne responsū accep-
pit q̄ xpm natū videret anteq̄ vitā p̄ntem fi-
nirēt. Et venit in spiritu in templū. i. p̄ reue-
lationē spūs sancti vt videret xpm sic erat ei
p̄missus. Et cum induceret puerū iesum ad
faciendū que p̄dicta sunt fm legē. Et ipse ac-
cepit eum in vlnas suas cū maximo cordis
gaudio. fm q̄ dicit p̄uerbioꝝ. xij. ca. Desi-
derium si cōpleatur delectat aīam. Intuea-
mur Simeonē a virgine filiū exposcentē: cō-
sideremusq̄ q̄s blande q̄s benigne q̄ue libe-
ralissime mater illa illū sibi cōsignauit. O si-
meon accepisti illum in vlnas tuas. i. in bra-
chia. Quem accepisti. et regē regū ⁊ dominū
dñāntium. Quē ad tuū pectus dulciter de-
duxisti: filiū dei et virginis illibate. Quem
aspectisti. deū et hoīem xpm humani generis
redemptorē. O felicia brachia. O beati ocu-
li tui qm̄ meruisti tanto priuilegio dotari.
Sup̄ hoc Augustin⁹ in sermone p̄ntis solē
nitatis ait. Dec sunt testimonia tua dñe iesu
anteq̄ tibi sternerent fluctus maris: campi
cederent imperanti. anteq̄ vent⁹ te iubente si-
luisset: mortui te vocante resurrexissent: sol te
moriēte palluisset: terra te resurgēte tremuis-
set. celum te ascendisse patuisset. Adhuc ma-
tribus matris portabaris: et iam dñs orbis
agnoscebaris. Et p̄pterea simeon benedixit
deum gratias agendo p̄ tanto beneficio ⁊ di-
xit. Nunc dimittis dñe serū tuum fm ver-
bum tuū in pace. i. de cetero dimittes me de
hac vita transire in cordis quiete. Quia vi-
derūt oculi mei salutare tuū. Letanter enī de-
scendere volebat ad lūmbū patrū: ex quo vide-
bat saluatōrē natū. Quod parasti ante faciē
oīm populorū. i. corā omnibus populis qui
bus mysteriū incarnatiōis et redemptionis
p̄dicatū est p̄ apostolos. Lumen ad reuela-
tionem gentiū: quia prius errorum tenebris
inuoluebant. ⁊ gloriā plebis tue israel. Ma-
gna est enim gloriā iudeis ad xpi fidem con-
uersis q̄ xps fm carnē natus est de ip̄is. Et
pater eius. i. ioseph qui meruit vocari pater
xpi: eo q̄ nutricius eius fuit. et mater. i. ma-
ria q̄ fuit mater eius vera erant mirātes sup̄
his que dicebant de illo: tunc a Simeone: ⁊
prius a magis et a pastoribus: et a zachariā ⁊
elizabeth. Et restituto puero virgini benedi-
xit illis Simeon. i. virgini et ioseph. Quā-
uis enī maria et ioseph essent maiores. Si-
meone in sanctitate: ille tamē erat maior q̄s
sum ad sacerdotis officiū ad quē spectat be-

nedicere populū. Et nō solum benedixit sed
etiaꝫ futura predixit. Ecce inquit posui est
hic in ruinam et in resurrectionē multorū in
israel. quia scz in passione christi que futura
erant multi iudei fuerunt et cecati a veritate
cadentes. Et multi fuerunt illuminati q̄ pri-
us erant simplices et ignorantes. vt patet de
apostolis quibus post passionē christi data
est intelligētia scripturarū. fm q̄ dicitur Lu-
ce vlti. ca. Tunc aperuit illis sensum vt intel-
ligerent scripturas. Subsecutus est Sime-
on: et in signū scz federis inter homines ⁊ de-
um cui cōtradicitur a scribis et phariseis et
alijs. Et tuā ip̄ius animā pertransibit gladi-
us. id est dolor passionis eius p̄transibit ani-
mam tuam per p̄passionē vt reuelent ex mul-
tis cordibus cogitationes: quia licet virgo
tpe passionis in fide perseverauit: alij tamen
discipuli diuersas fluctuationes cogitatio-
num habuerūt quousq̄ viderunt ip̄m a mor-
tuis resurrexisse. Tercio possumus depre-
hendere virginis liberalitatē p̄pter benignā
cōdescensionem. Cōdescendit quippe oībus
eius p̄sidium implozantib⁹. Ip̄a est dulce-
do et spes nostra vt cantat ecclesia. ip̄a est stel-
la maris que naufragantes in mare huius
mūdi ad portū salutis dirigit. Ip̄a p̄pinqua
est valde peccatorib⁹ sicut luna inter plane-
tas p̄pinquior est terre: vt accedamus ad eā
cōfidenter inducit nos deuotus. Bernard⁹
his verbis. Securū inquit habes o homo
accessum apud deū: vbi habes filiū ante pa-
trem: ⁊ matrē ante filium. Filius ostendit pa-
tri cicatrices et vulnera mater ostendit filio
pectus et vbera. Nec vlla potest esse repulsa:
vbi tot occurrunt charitatis insignia. Et ite-
rum Bernardus. Quādo misereri nō pote-
rit mater oīpotentie. Quādo misereri nollet
mater misericordie. Et idem. Resolue totaz
seriem euangelij et si quid asperū: si quid du-
rum inueneris in maria deinceps eam susce-
ptam habes et ad eā accedere verearis. Igit̄
sub alis eius cōfugiamus vt sic tuti esse pos-
simus: et in hoc seculo filij sui gratiā merea-
mur accipere et tandem gloriā sempitē-
nam. Amen.

Sermo vigesimus nonus de assumptiōe
et exaltatione virginis sacratissime in q̄ ma-
xima relucet diuina potētia.

Ecce mibi magna
qui potens est. Gloriose virginis
marie verba sunt ista originaliter
Luce p̄mo cā. Et si omnia que in virgine be-
nedicta diuina largitas dignata fuit operari

Sacerdotem fuisse. Serm. h. d.